

Septuag. vertunt : *Socius est viri ærebovi*. Proverbum docet omnem obedientiam et honorem habendum parentibus, quibus ne in bonis quidem externis debent liberi facere injuriam, aut offendere; imò præterquam quòd stultè faciunt, in Deum gravissimè prævaricantur, qui bona parentum invidis parentibus auferunt, id quod non minus rapina est, quam aliena rapere.

VERS. 25. — QUI SE JACTAT ET DILATAT, JURGIA CONCITAT; QUI VERO SPERAT IN DOMINO, SALVABITUR. Hebr. : *Latus animo excitabit item; qui confidit in Domino, impinguabitur. Latus sive amplius animo, in malam partem accipitur, pro eo qui magnis desideriis æstuat, et desideria modis omnibus velit complere. Alioqui apud Paulum : Os nostrum patet ad vos, cor nostrum dilatatum est, 2 Cor. 6. Latitudo cordis est ampla charitas et amor, sive magnum desiderium salutis eorum et fidei. Caterùm hoc in loco, largus corde, qui undique rapit, et festinat ditescere, et insatiabili opum desiderio laborat, dum multos afficit injuriâ, multos habet inimicos, et lites excitabit. Sed qui super Dominum (sic enim legunt Hebræi) spern collocavit, à nemine quicquam rapit, mori potius eligens quam aliena deprædari, huic honestus et sufficiens victus nunquam deerit; imò deliciis affuet, si non corporis, certè animi illius pinguescet, et crassescet cœlesti pinguedine, de qua loquitur Psal. 62 : Sicut adipe et pinguedine repletur anima mea. Aliter : Latus animo est qui ad ultionem festinat, qui nihil vult pati ab aliis; hic lites et jurgia excitabit; sed speret in Domino, et illud impleat : *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus, Deut. 35. Impinguabitur tranquillitate conscientie sue, pacem habens cum omnibus hominibus, quantum in eo est.**

VERS. 26. — QUI CONFIDIT IN CORDE SUO, STULTUS EST; QUI AUTEM GRADITUR SAPIENTER, ILLE LAUDABITUR. Hebr. : *Qui ambulat in sapientiâ, ipse exaltet, supple, angustias et pericula. Ambulat autem in sapientiâ, qui juxta præcepta sapientiæ vivit, et actiones suas moderatur; ipse fortassis ad tempus angustias poterit sustinere; tamen evangelicis instructus preceptis, in quibus vera Sapientiâ loquitur, eripietur tandem ab omni angustia pœnæ et mortis; quamvis valdè interim infelix videatur quibusdam, qui suæ prudentiæ inintentes, et confidentes in seipsis, tanquam in corde habent omnem sapientiâ, revera sunt stulti; nam omnis homo ex se mendax et stultus est. Monet proverbium hominem suæ conditionis et finis, ut qui ignorantia propriâ sit venturus ad perditionem, nisi, relicta stultitiâ et fiducia in seipso, totam spem suam ponat in Domino, quæ evangelicæ sapientiæ est.*

VERS. 27. — QUI DAT PAUPERI, NON INDIGEBIT; QUI DESPICIT DEPRICANTEM, SUSTINENT PENURIAM. Hebr. : *Ei qui dat pauperi, non erit defectus; ei verò qui abscondit oculos suos, multitudo maledictionum. Fenerator Domino, qui miseretur pauperis, superius legitimus, cap. 19. Plurimos constat, distributis facultatibus omnibus, devenisse ad summam pauperitatem, quibus tamen nihil defuit; sed cum Paulo didicerunt : In quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et aban-*

*dare; ubique et in omnibus institutus sum, et satiare, et esurire, et abundare, et penuriam pati, Phil. 4; et alibi : Sicut egentes, multos autem locupletantes tanquam nihil habentes, et omnia possidentes, 2 Cor. 6. Quamvis ergo ad spontaneam pauperitatem multi sanctorum devenierint, nunquam tamen defectum aut penuriam sustinent. Hebræi, apud quos nunquam tanta laudis fuit voluntaria pauperitas, aliter exponunt hunc locum : nempe, qui largitur pauperi, nunquam eâ ratione ad egestatem perveniet; et ut verum fateamur, dare pauperi, et elemosinas facere, aliud genus virtutis est ab eâ quâ quis largitur et unâ vice malit dispensare omnia, et nudus semel sequi Christum, quam paulatim et quotidie dare. Qui abscondit oculos suos. In oculis est magna pars misericordiæ; benignus aspectus divitis consolatur pauperem; quem aspectum benignum qui negat, valdè crudelis est. Qui libenter pauperes intuetur, etiamsi desit illi animus liberalis alterius necessitatem sublevandi, tamen interim, dum oculos figit in egenos, intus in animo operatur Deus, ut velit facere quod externus oculus faciendum non potest negare. Et que tandem præstabit ille qui ne oculum quidem dignatur accommodare? Vestem à dorso exuere debueras, panem vel eî facibus propriis demere, et latrante stomacho incediam pati; debueras laborare manibus, ut vult Paulus, Ephes. 4, quo haberes aliquid quod des pauperibus, et tunc vult autem aspectu misericordiam præstas? quantis execrationibus et maledictis dignus est! Maledictiones intelligi possunt ab hominibus, quòd plurimi de eo loquuntur male, vel potius maledictiones Dei, qui talem virum inter non dignatur, cujus aspectus benedictionibus plenus est. Maledictiones in Scripturis, rerum copiam et donorum multitudinem indicare, nemo est qui ignoret; benedictionibus Dei quicumque destitutus est, merito *multus vel plenus maledictionibus* vocari potest.*

VERS. 28. — CUM SURRERINT IMPII, ABSCONDENTUR HOMINES; CUM ILLI PERIERINT, MULTIPLICABUNTUR JUSTI. Bonum republicæ consistere in his potissimum qui primas tenent, si modò justitiâ et æquitate moderentur, significat proverbium; alioqui cum impii surrexerint et elevati fuerint, et republicæ gubernacula tenuerint, nulla rerum copia est, sed ne hominum quidem. Qui verò homines sunt, malunt civitatem cum patrimonio relinquere, solumque vertere, quam impiorum sustinere tyrannidem, quæ nostrâ ætate fieri vidimus, et quorum aliqua pars *juimus*. Abscondentur homines, intelligi potest, vel quòd fugâ dilabantur, vel quòd iniquis iudicis assumpti non compareant. Rursùm rerum vicissitudo, impiis Dei vindictâ assumptis, hoc est, sublatâ tyrannide et persecutione in Christianos, multi apparuerunt justi qui prius laterunt. Persecutionis tempora proverbialiter brevitate perstrinxit Salomon. Typicè possunt licet ad animæ statum referri, in quâ cum fuerint elevati concupiscentiæ carnales quæ sunt animales, non sapientes ea que Dei sunt, virilis animæ sensus, hoc est, intellectus et ratio, quæ Deum agnoscit et colit, absconditur, occultatur, hoc est, functiones suas non exercet.

Abolitis tamen tandem malis cupidinibus, et per temerantiam et Dei gratiam prolifigatis ab animæ regno, justitiæ opera plurima exstabant. Quòd si ad Eccle-

CAPUT XXIX.

1. Viro qui corripientem durâ cervice contemnit, repentinus ei supervenit interitus, et eum sanitas non sequetur.

2. In multiplicatione justorum lætabitur vulgus; cum impij sumpserint principatum, gemet populus.

3. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum; qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.

4. Rex justus erigit terram; vir avarus destruet eam.

5. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.

6. Peccantem virum iniquum involvet laqueus; et justus laudabit atque gaudebit.

7. Novus justus causam pauperum; impius ignorat scientiam.

8. Homines pestilentes dissipant civitatem; sapientes verò avertunt furorem.

9. Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.

10. Viri sanguinum oderunt simplicem; justi autem querunt animam ejus.

11. Totum spiritum suum profert stultus; sapiens differt, et reservat in posterum.

12. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

13. Pauper et creditor obviaverunt sibi; utriusque illuminator est Dominus.

14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.

15. Virga atque correptio tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittit voluntati suæ, confundit matrem suam.

16. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera; et justî ruinas eorum videbunt.

17. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animæ tuæ.

18. Cùm propheta defecerit, dissipabitur populus; qui verò custodit legem, beatus est.

19. Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit.

20. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitiâ magis speranda est, quam illius correptio.

21. Qui delicatâ puertitiâ nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.

22. Vir iracundus provocat rixas; et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.

23. Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritum suscipit gloria.

24. Qui cum fure participat, odit animam suam; adjurantem audit, et non inlicitat.

25. Qui timet hominem, citò corrumpet; qui sperat in Domino, sublevaritur.

sive regnum et legitimam administrationem referantur et hereticorum violentiam, sequè facilis et aptus appareret sensus.

CHAPTER XXIX.

1. L'homme qui méprise avec une tête dure celui qui le reprend, tombera tout d'un coup par une chute mortelle; et il ne guérira jamais.

2. Quand les justes se multiplieront, le monde sera dans la joie; et quand les méchants prendront le gouvernement, le peuple gémera.

3. Celui qui aime la sagesse, sera la joie de son père; mais celui qui se lie avec les prostituées, perdra son bien.

4. Le roi juste fait fleurir son état; et l'homme avare le détruira.

5. Celui qui tient à son ami un langage flatteur et déguisé, tend un filet à ses pieds.

6. Le filet enveloppera le méchant qui pêche; et le juste louera Dieu, et se réjouira.

7. Le juste prend connaissance de la cause des pauvres; mais le méchant ne s'informe de rien.

8. Les hommes corrompus détruisent la ville; mais les sages apaisent la fureur.

9. Si le sage dispute avec l'insensé, soit qu'il se fâche, ou qu'il rie, il ne trouvera point de repos.

10. Les hommes de sang haïssent le simple; mais les justes cherchent à lui conserver la vie.

11. L'insensé répand tout ce qu'il a dans l'esprit; le sage ne se hâte pas, et se réserve pour l'avenir.

12. Le prince qui écoute favorablement les faux rapports n'aura que des méchants pour ministres.

13. Le pauvre et le créancier se sont rencontrés en ce que le Seigneur est celui qui éclaire l'un et l'autre.

14. Lorsqu'un roi juge les pauvres dans la vérité, son trône s'affermira pour jamais.

15. La verge et la correction donnent la sagesse; mais l'enfant qui est abandonné à sa volonté, couvrira sa mère de confusion.

16. Les crimes se multiplieront dans la multiplication des méchants, et les justes en verront la ruine.

17. Elevez bien votre fils, et il vous en isolera, et il deviendra les délices de votre âme.

18. Quand il n'y aura plus de prophétie, le peuple se dissipera; mais celui qui garde la loi du Seigneur est heureux.

19. L'esclave ne peut être corrigé par des paroles; car il entend bien ce que vous lui dites, et il néglige d'y répondre.

20. Avez-vous vu un homme prompt à parler? Attendez plutôt de lui des folies, que non pas qu'il se corrige.

21. Celui qui nourrit délicatement son serviteur dès son enfance, le verra ensuite se révolter contre lui.

22. L'homme cœlière excite des querelles; et celui qui se fâche aisément, sera plus prompt à pécher.

23. L'humiliation suivra le superbe, et la gloire sera le partage de l'humble d'esprit.

24. Celui qui s'associe avec un voleur, hait son âme; il entend qu'on le prend à serment, et il ne le déceit point.

25. Celui qui craint les hommes, tombera bientôt; celui qui espère dans le Seigneur, sera élevé.

26. Multi requirunt faciem principis; et iudicium a Domino egredietur singulorum.

27. Abominantur iusti virum impium; et abominantur impii eos qui in recta sunt via.

Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

VERS. 1.—VIRI QUI CORREPIENTEM DURA CERVICE CONTEMPTUS, REPENTINUS EI SUPERVENIET INTERITUS, ET SANCTAS NOS SEQUETUR. Hebr.: Vir correptionem obdurans cervicem, repente confringetur, et non sanitas. Castigationem et correptionem utilem esse superius audivimus. Melior est identica correptio quam amor absconditus, cap. 27. Sunt tamen plurimi qui usque adeo suis vitis favent, ut non possint equo animo ferre reprehensionem, imò peiores correptione nonnunquam fiunt, quæ vicem obdurant, nelesus obtemperare monitori, quantumvis illi sit salubrius, nulla medicina præstantior peccatoribus, quam tempestiva correptio, salutaris admonitio: qui admittit exceptæque levatur animus, lacrymis rigata conscientia flexibilis efficitur ac sanatur gratia. Contra, qui præfacto animo et obstinata mente recte monentem respicit, quoties durior et obstinatior evadens, tandem frangetur, non ut ossa in carnis quæ nonnunquam consolidari possunt; sed tanquam vas fictile, quod amphibus conglutinari nequit; q. d. de his qui male agunt desperandum non est, quoniam in correptione sustinere queunt, tantisper, inquit, sanari possunt. Cæterum, ubi sanæ non solum non suscipiunt, sed obstinatè rejiciunt increpationem, nulla amplius sanitas spes est; imò sanitas et præter omnem expectationem frangitur. Ad fragilitatem humanæ conditionis et ratiocinationis scriptura. Quod ad contextum spectat, qui est ambiguitas, variis modis verè potest; hinc sensum fæctæ monitionis interpretari habemus. In Hebræo: Vir increpationem qui obdurat cervicem, subito frangetur a lege sanitate. Vir increpationem dicitur qui ut meretur, subito reprehenditur; ubi increpationem, quæ alios libenter reprehendit, dicitur cervicem, q. d.: Qui non corrigi seipsum, hinc non potest perseverare, hinc subito frangitur. Sunt qui arguunt si non increpationem cum quibus Deo frequenter castigatus non potest ad sanam mentem reduci, qui a quo magis multas et certiores medicinas oblatas, dicitur cervicem, recessit, tandem ad sanam constitutionem animæ devenit, ut non possit sanari, sed traditus in vincula sanorum compingitur. Cui super hanc istam ecclesiæ. Hæc est increpationem, qui correptiones tales sunt caritate contempsit. Hæc dicitur populus iudicatus est, qui tandem contractus et per orbem dispersus de civitate desperare videtur. Sed quæ sequuntur videamus.

VERS. 2.—IN MULTITUDINE HISTORIARUM LAETITIA VULTUS. Cui invidiosus fuerit principatus, genit portet. Hebræo: Cui invidiosus fuerit principatus, genit portet; sed cum de amato fuerit impius, ingentet populus.

28. Placens recherchet le regard du prince: mais le Seigneur est le juge de chacun des hommes.

27. Les justes ont en abomination les méchants, et les méchants ont en abomination ceux qui marchent par la droite voie.

(1) L'enfant qui gardera la parole ne tombera point dans la perdition.

(1) Ce verset n'est point dans l'hébreu, mais il se trouve dans les Septante après le verset 22 du chapitre 21.

COMMENTARIUM.

Sunt qui verbum Hebræicum צדקת sensu regnandi vertunt, cum regnaverint, vel imperium obtinuerint iusti. Ubi que maxima pars felicitatis seu infelicitatis reipublice pendet ab his qui primas in republica tenent, a regibus et principibus, qui si fuerint viri probi, si iustitiam faciant, ut videlicet neque ipsi populum opprimant, neque permittant aliunde injuriam fieri, magna tranquillitate, pace et felicitate agit populus. Verum cum regnaverit impius in aliqua civitate, nulla mala patitur populus, sive quod leges constituit iniquas, quibus omnia ad se rapit rex improbus, in quibus primas dant sine causa homines; sive quod spiritus rationem non habet malus princeps, neque dat operam parare rempublicam a facinorosis et pessimis hominibus, quorum importunitate vexatus populus morere cogitur et iugumiescere. Quoniam hoc proverbium locum non habeat in omni ætate, tamen duo tempora videtur designare: nempe tempus persecutionis Christianorum, quo regnabant tyranni, magno metu et timore fugere et occultare sese cogebantur multi, et martyrum horrenda supplicia dolere; et tempus pacis Ecclesiæ restituta, quo rerum potius sunt Christiani principes, et unius Dei cultus et religio Christiana unius populi summa ubique letitia existit et gaudium in Domino. Observandum est in Hebræo utrobique esse eandem vocem Hebræicam צדקת populus, non diversa dictiones, vulgus et populus, ut nos habemus; tamen in defensionem interpretis est aliquid discriminis. Nam priori loco ubi redditur vulgus, ponitur articulus qui ex proprietate lingue emphasim habet, et vel numerum, vel potius dignitatem populi, qui sub iustis principibus feliciter agit, designat. Posteriore vero loco legitur sine articulo; q. d.: Genit populus afflictus divinitus, qui vulgus potius dici debet, et indignus nomine populi.

VERS. 3.—VIR QUI AMAT SAPIENTIAM, LETIFICAT PATREM SUUM; QUI AUTEM NUTRIT SCORTUM, DEBET SUBSTANTIAM. Quam perniciosus sit amor eluce et impudice mulieris juvenibus, quanto impedimento sit studio sapientiæ, principio huius libri copiosissimè dictum est. Hæc in loco ad an orem sapientiæ hortatur Solomon, quod sapientiæ studium omnem honestum amorem nutrit et auget, illudatum vero et infamem extinguit. Quid honestus, quid utilitatis, quam parentes colere, quomodo senectutem patris recare, letam efficere? Pater non potest non amare filium quem genuit; sed ex cuius virtutibus letitiam capit, filium vehementer amat, et letus migrat ab hac vita, filium relinquens studio sapientiæ deditum, in quo

quodammodo immortalis futurus est. Tali filio suos opes libenter relinquit, quem novit sapienter familiam administraturam. Non solum tuâ causâ igitur, quisquis es, juvenis, sapientiâ ama et amplectere, sed ut patrem senem reddas letum, et patri charus sis. Nam sapiens pater in filio non poterit oblectare sese; quem viderit inhonesto et pernicioso indulgere amori. Qui enim amicus et charus est impudicis muliericulis, fornicariis et scortis, substantiam perdet, hoc est, bona et hæreditatem a patre relictam dissipabit. Vox Hebræa אהבה ambigua, vel pastorem vel amicum significat. Sensus eodem redit, sive legamus amicum scortorum, sive pastor; nam amicus scortorum solet ex alere, quod mediocri sumpto non potest fieri. Porro qui huiusmodi amoribus indulget, rem domesticam negligat oportet. Atqui ita facile facultates peremit. Proverbum denique docet in hominibus duplicem dominari amorem, alterum spiritus, alterum carnis, quorum unus filium magnopere honestat, et patri charum reddit, alter ad inopiam redigit.

VERS. 4.—REX JUSTUS ERIGET TERRAM, VIR AVARUS DESTRUIT EAM. Hebr.: Rex per iudicium stabiliet terram, et vir munerum diruet eam. Pendet hæc versuetas ex eo quod præcessit: Cum dominaverit iusti, labetur populus; ubi de duplici dominio dictum est. Hæc in loco ostendit quid faciat legitimam principem, et quid iniquum. Rex in iudicio, vel per iudicium. Sunt qui intelligent regem in iudicio creatum, hoc est, qui bonis actibus, sive virtutibus, aut legitima successione ad regnum pervenit. Stabiliet, vel eriget, simple regnum suum in terrâ, hoc est, diu regnabit in populo. Et erit numerum, hoc est, qui per largitionem et per munera ævum est ad regiam dignitatem, ille destruet terram, expulabit populum terræ. Alter rex qui per iudicium rempublicam et suos subditos moderatur æquis legibus, et jus dicit cum æquitate inter virum et proximum suum, faciet stare terram, ut est in Hebræo, hoc est, regnum suum in terrâ; vel terram stare, est rempublicam prosperitate florere; neque enim cadere aut labefactari potest respublica quæ ab optimo rege et optimis legibus gubernatur. Vir avarus, vel vir munerum, ut est in Hebræo. Vox Hebræa דברת proprie oblationes significat, et huius vocis frequens est usus in his quæ Deo offeruntur. Et est sensus: Vir qui neglecto iudicio suscipit munera vel oblationes, quibus placatus scelera dimittit impunita, permittit fieri mala, bonos viros opprimat, hæc vir, non rex legitimus, subvertet terram, hoc est, populum terræ. Vir oblationum potest intelligi, vir qui vendicat sibi ea quæ sunt Deo debita. Et proverbium notat avaritiam principum, qui preventos ecclesiasticos applicant fisco, et magnas oblationes altari debitas.

VERS. 5.—HOMO QUI BLANDIS FICTISQUE SERMONIBUS LOQUITUR AMICO, RETE EXPANDIT GRESSIBUS EIUS. Paraphrasice extulit interpres vocem Hebræam בליעל, blandis fictisque sermionibus loquitur. neque absurde; nam magnam avaritiam insinuat conjugatio verbi, quam Latina oratio non faciliè assequitur. Qui blandam et mollem fecit linguam suam erga proximum suam, hoc est: Qui

studio et industria quadam blanditur amico suo, non amici fungitur officio, sed hostis, simulans amicitiam quò suis blanditiis pertrahat amicum in fraudem, decipere volens amicum blanditur. Alter: Amici munus est revocare socium suum ab errore, non ad ruinam perducere. Castigatus et correptus sincero sermone, qui veritatem testatur, ad sanam mentem reduci potest amicus. Cæterum qui laudes suas audit ab amico, cum nihil egregie fecerit, cum increpationem audire debeat, non poterit in viâ virtutis rectè incedere non magis quam qui compedibus vel reti involutos pedes habet. Adulatores enim veluti venatores sunt, aut aucupes, qui feris aut avibus esca proposita blandiri videntur, interim tamen retia extendunt, atque carum animabus infidantur. Sic adulator, dum vanis et falsis laudibus, veluti reti, pedes, hoc est, affectus implicat, ut non possint progredi, sed à diaboli laqueis detrahuntur ad filium volutatum, 2 Tim. 2, 26, non amicus, sed venator est appellandus, iuxta illud alterius Sapientis, Eccl. 9: In malo laqueorum transis. Contra salutem nostram amicum et parentem opère crebro abutitur hostis humani generis. Non sine causâ de adulatoribus facta est mentio statim post sermonem de regibus avaro, qui subvertit terram; nam ad mala per adulationem plurimi reges et principes potissimum deveniunt.

VERS. 6.—PECCANTEM VIRUM INOCENS INVOLVET LAQUEUS, ET JUSTUS LETABITUR ATQUE GAUDEBIT. Hebr.: Propter prævaricationem viri, inique laqueus veniet ei, vel malo laqueo captivus; iustus vero, etc. Pendet, iuxta Aben Ezra, ex præcedente versiculo, quò dictum est, cum qui blanditur amico rete extendit; sed tamen laqueo, vel reti, non completur quisquam, nisi per transgressionem suam; q. d.: Rete expansionem ab adulatore non impedit gressus alienius, sed iniquitates suæ captivum inopiam, et sanibus peccatorum suorum constringitur. Ambiguus est sermo in Hebræo. Potest enim verè: In transgressionem viri malo laqueo, supple capietur, vel malo laqueo, ut Aben Ezra legit, rationem accentuum sequens. Sequitur: Sed iustus labatur et gaudet. Qui laqueo teneatur, gemit, hoc est, qui vel carcere præsentis temporis vel futuri tenetur, et ponas luit ob transgressionem, dolere. Unde iustus letitia causam habet, partim quòd iuste et modeste vivendo supplicium transgressoribus debuit evasis; partim quòd prævaricatores illaqueatos videt; nam confitibus et renitentibus peccatoribus, iusticie et æquitatis opera liberius fieri possunt, quibus in rebus iustus gaudere solet, iuxta illud: Labatur iustus cum viderit vindictam, Psal. 57.

VERS. 7.—NOVI JUSTUS CAUSAM PAUPERUM; IMPIUS IGNORAT SCIENTIAM, CAUSAM, SIVE LITEM. Non est contrarium hoc proverbium legi quæ iubet: Non consideres personam pauperis, Lev. 19. De causâ loquitur Sapientis, non de personâ. Litam cognoscere est iustum iudicem sollicitum esse potissimum in causâ pauperum, ne quid patiantur iniuste; nam una litæ ad summam inopiam rediguntur nonnunquam. Cum igitur in omni causâ oportet iudicem causam diligenter cog-

noscere, prorsum sententiam ferat, tum potissimum in causâ pauperum; et illa intelligentia justam judicem magis ostendit, quam sollicitudo in causâ divitum, à quibus lucrî aliquid fortassis expectat. Ut cumque favoris suspicio esse potest, in causâ pauperis justitia laus est sollicitum esse, inquam, ut veritas cognoscatur. *Iniquus non intelligit scientiam*, hoc est, intelligentiam et cognitionem causæ pauperis. Iniquus judex non dabit operam ut cognoscat. Sic Aben-Ezra non ad aliam scientiam refert quam intelligentiam æqui et iniqui in judicio. Proverbium ponit discrimen inter judicem justum et iniquum, et docendo monet ante omnia intelligentiam esse dandam judici, ne quid illum lateat eorum que ad causam spectant.

VERS. 8.—HOMINES PESTILENTES DISSIPANT CIVITATEM, SAPIENTES VERO AVERTUNT FUREM. Hebr.: *Homines derisionis illaqueabunt civitatem, sapientes vero avertunt iram*. Interpres, secutus Septuaginta, frequenter vertit pestilentes, hanc vocem Hebræam פֹּשְׁעִים, aliquando derisores, ut superius non semel monuimus. *Viri derisores, sive pestilentes*, sunt doctores mali; et in cathedrâ pestilentia non sedit, Psal. 1. Hebr., *derisorum*, qui videlicet majorum leges et præcepta floccifacientes, pro sanâ doctrinâ ridicula quedam effutiunt. Nam reverâ deliramenta et ridicule nugæ sunt ea que docent hæretici nostri temporis, si cum Patrum sacrosanctis canonibus conferantur. Illi *illaqueabunt civitatem*, hoc est, homines civitatis capient, et secum trahent in impiam et ridiculam doctrinam, in quam ducent civitatem terrenam. *Sed sapientes avertunt iram Dei à civitate*. Possimus Ecclesiam intelligere, cujus magna pars illaqueata et circumventa à derisoribus fuit, non solum antiquitatis, sed his Lutheranorum temporibus, à sapientibus autem et doctis pastoribus ad sanam doctrinam reversa iram Dei evasit. Simplicissimus sensus erit, si per viros derisores intelligamus magistratus imprudentes et iniquos, qui civitatis et reipublicæ salutem negligentes, civitatem dissipant, dum neque utilitati publicæ, neque concordia civium student. Et ubi non est gubernator, populus corrumpit, discordiis et aliis malis illaqueatus, ut est in Hebræo. *Sapientes vero gubernatores avertunt iram Dei*, supple *que facit hypocritam regnare*. Aliter *viri derisores*, qui contemnunt leges et derident regem, illaqueabunt civitatem, ut in servitutem redigatur; *sed sapientes placabunt iram regis*, sive terreni, sive cælestis, juxta duas priores expositiones. Docet proverbium salutem cum conjubet civitatis, tum civitatis Dei, hoc est, Ecclesiæ, in prudentiâ gubernatorum consistere.

VERS. 9.—VIR SAPIENS SI CUM STULTO CONTENDERIT, SIVE IRASCATUR, SIVE RIDEAT, NON INVENIET REQUIEM. Sensus venè reddidit interpres. Verba Hebræica sic habent: *Vir sapiens judicatus cum viro stulto, nunc irascatur, nunc ridebit, et non est requies*. Proverbium indicat stultum esse incorrigibilem. *Stultum* ubique intelligimus hominem sapientiæ divinæ expertem, qui nullâ ratione, nullâ sapientiâ castigari potest. In judicio ratio reddi solet, quam stultus aliquando irâ,

aliquando derisione conatur elevare, eludere, neque quietè aget. Sunt qui iram et risum ad sapientem referunt; q. d.: Sapiens qui in judicio contendere, vel potius judicium subire, et ex æquo judicari sustinet, cum stulto, nunquam quiescit, sive irascatur sive rideat; hoc est: Sive serio agat, sive joco, hominem non poterit vincere, neque ad finem perducere liem, ut aliquando quiescat. Prior expositio est melior. Nullus erit litigandi finis, nam stultus nunc irascendo, nunc subsannando, judicii normam et æquam rationem illudet; q. d.: Cum stulto agendum est non æquitate rationis, quam non novit, sed castigationibus et flagris, ut superius lectum est. *Virga in dorso ejus qui indiget sapientiâ*, Prov. 10.

VERS. 10.—VIRI SANGUINUM OBERUNT SIMPLICEM; JUSTI AUTEM QUÆRUNT ANIMAM EJUS. Hebr.: *Viri sanguinum odio habebunt integrum, vel perfectum; sed recti quarunt animam ejus*. Homicidæ, sicarii et perditissimi quique homines, præter alia facinora que perpetrant, etiam simplicem virum, sive, ut est in Hebræo, perfectum, odio habere solent, ut qui, si non verbis, at vitâ et operibus suis eorum vivendi rationem damnat; q. d.: Mira est malorum hominum et homicidarum cæcitas, qui usque adeo longè absunt à perfectione virtutis, ut eam in aliis sustinere non possint. Ægrotis in corpore aliena sanitas non est molestâ; quiseque suâ fame, non alienâ saturate torquetur; nostro negotio et sudore, non alieno otio fatigamur. Soli malefici et homicidæ, qui nihil habent virtutis, alienâ cruciantur honestate et perfectione. In summam detestationem homicidii tendit clausula. *Sed quarunt animam ejus*, hoc est: Interfectum simplicem hominem, sive perfectum, vindicabunt recti et æqui judices, et non permittent homicidas grassari impunè, et fundere sanguinem innocentem; q. d.: Hoc inprimis spectat ad æquos judices, qui ut in aliis causis pauperum diligenter cognoscere studebunt, ne pauperes opprimantur, ita interfecto simplice et perfecto viro, factâ inquisitione, quarunt animam, hoc est, sanguinem interfecti. Aliter: *Recti quarunt animam ejus*, supple *perfecti*, hoc est, voluntatem ejus, dabunt operam illius implere desiderium; vel etiam, quarunt animam, ab eo consilium petent, sequentur illius sententiam. Prima expositio loco presentî maxime quadrat.

VERS. 11.—TOTUM SPIRITUM SUUM PROFERT STULTUS; SAPIENS DIFFERT ET RESERVAT IN POSTERUM; VEL IN POSTERUM QUIESCERE FACIET EUM. Totum spiritum, hoc est, totam iram, vel quicquid habet in corde cum litigat in judicio contra sapientem, ut respondeat priori clausulae, ubi lectum est: *Irascetur et ridebit, et non erit quies*. Aliter: *Stultus totum spiritum profert*. Nul- lum majus stultitiæ argumentum est quam non posse suum servare secretum; totum statim effluere quicquid animus concepit, summa stultitia est. Aliter, totum spiritum, hoc est, totam voluntatem suam, et desiderium et appetitum profert, et opere profert; q. d.: Stultus est qui non potest refrænare, nec cohibere appetitum et brutam portionem animæ, que valdè stulta est, præsertim si actu proferatur, si sese

ostendet in opere. *Sapiens verbò in posterum reservabit, vel faciet quiescere eum*, spiritum supple, et sunt qui referunt ad stultum; q. d.: Sapiens cohibebit spiritum stulti, juxta primam expositionem, cum in judicio litigaverint, et stultus valdè incandescens, quæcumque inscribit flava bilis, dixerit. Sapiens redditiâ ratione quiescere faciet illius furorem. Aliter: *Sapiens faciet quiescere suum spiritum*, hoc est, suum appetitum, et desiderium ejusque rei, ut nihil faciat absque maturo judicio, ut nihil præcipiantur, nihil ex primo motu, sed in posterum faciet quiescere, ut quid cum ratione facere debeat, perpendat. Prima expositio videtur magis loco quadrare, juxta illud: *Cor prudentis possidebit sapientiam*, Prov. 18.

VERS. 12.—PRINCEPS QUI LIBENTER AUDIT VERBA MENDACII, OMNES MINISTROS HABET IMPIOS. Proverbium monet principes ut caveant adulatores, quod non possunt facere, nisi veritatem audire velint. Ministri principum contendunt, quis inter eos regi maxime possit placere, voluntatem et desiderium regis ante omnia spectant; quod si rex veritatem ulique libenter audit, probos habebit ministros, qui nihil apud eum mentiantur. Verùm ubi semel corruptus est regis animus, et improbus effectus, ut nolit audire veritatem, ministri ejus, qui ex eo pendunt, qui non videntur alium habere Deum, tantoperè student placere regi, ut nunquam veritatem presente rege loquantur, atque eâ ratione improbi evadant, in regem et republicam peccantes; imò maxime in Deum, qui ipsa veritas est; eâ ratione quoque opprimuntur et pereunt boni et innocentes viri, pessimique quique ad publicas functiones vocantur; justitiâ oppressâ pessum eunt omnia. O quanta reipublicæ et omnium virtutum clades, ubi exosam habet veritatem princeps! Cujus rei vitium nullum habemus nostræ ætatis exemplum, utinam non tantam conquerendi occasionem!

VERS. 13.—PAUPER ET CREDITOR OBVIARUNT SIDI; UTRIQUE ILLUMINATOR EST DOMINUS. Creditor, vox Hebræica שֹׁכֵן, duo diversa significans, reddit sensum ambiguum; utcumque in defensionem interpretis, sive creditor, sive generator vertatur, à neutrà significatione vocis Hebræicæ multum abhorret; significat enim contractionem vel fraudem. Hebræi ferè passivè intelligunt, qui contracti sunt paupertate et inopiâ, vel, qui fraudes passi sunt; noster interpres potius eum qui opprimat fenore. Proverbium indicat omnibus sperandum esse in Domino, sed præcipuè pauperibus et oppressis qui non habent in hac vitâ in quo consolationem capiant. *Pauper igitur et vir contritionum*, qui contritus est, vel *vir fraudum*, qui fraudes passus est, frequenter occurrunt; nam simile gaudet suo simili, ut in quocumque consolationem capiant. Sed dum in tenebris quodammodo paupertatis et miseriarum versantur, mutuan consolationem non inveniunt; unus non potest alterius oculos illuminare, miseriam sublevare, seu opem ferre, sed ambo destituti ope humana, ad Dominum per preces et fiduciam recurrunt, qui amborum oculos illuminat molestiis hujus vite propemodum excecatos. *Illuminare oculos eorum*, est

necessitatibus subvenire, sive cibum dare in tempore suo, quod est oculos illuminare, juxta Hebræum, ut legitur de Jonathâ, qui summatione virgine intaxit in favam mellis, et convertit manum suam ad os suam, et illuminati sunt oculi illius, 1 Reg. 14, vel illuminare oculos est patientiam probare; et in patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras, Lucae 21. Alius erit sensus, si sequamur versionem nostri interpretis, cujus etiam meminit Aben Ezra. *Pauper et vir fraudum* (sic enim vertit Chaldeus), qui prædatus est illius opes, facti sunt obvii, hoc est, contrariis viis incedunt, hic per latam viam que ducit ad perditionem, ille per arctam viam que ducit ad vitam. *Illuminat amborum oculos Dominus*, sed alterius oculum, quò ad prosperitatem hujus temporis respiciat, solem suam faciens oriri super bonos et malos, Matth. 6. Atqui juxti solis radius illuminat oculum fraudulentum viri, quibus plus videt in rebus caducis. Sed pauperis oculum illuminat Dominus, ut ea expectet que nec oculis vidit, nec auribus audivit. Potest in bonam partem capi, ut sit sensus: *Utriusque oculos illuminat Dominus*, utriusque speram præbet, uni videlicet in patientiâ suâ; alteri verò, per penitentiam et redemptionem peccatorum, per eleemosynam, quò pauperi occurrit; et huic sensui quadrat quod sequitur.

VERS. 14.—REX QUI JUDICAT IN VERITATE PAUPERES, THRONUS EJUS IN ÆTERNUM FIRMABITUR. *Judicare in veritate pauperes*, est non honorare faciem divitum qui litigant contra eos, sed verum judicium proferre. Solent ferè pauperes opprimi in judicio, eò quòd ad regem non pateat accessus illis; divites muneribus ubique penetrant. Si pauperes judicandi sunt cum veritate, hoc est, absque acceptione personarum, quantò magis divitum personas non oportet accipere! Proverbium monet principes sui muneris, quod est pauperum præcipuè audire causas, potius quam divitum; nam divitibus non est periculum ne opprimantur in judicio, si ad inferiores judices veniant; ubique gratiam et favorem inveniunt, juxta illud: *Multi colunt personam potentis, et amici sunt dona tribuentis*, Prov. 19. Verùm pauperes in veritate judicare neque possunt neque audent omnes judices, præsertim ubi sunt adversarii potentes. Coram minore judice causa pauperis periclitabitur. Rex ut muneribus secretò non corrumpitur, ita neque quemquam timet, sed adversus quemcumque libere sententiam proferre potest cum veritate et æquitate. Quod si fecerit, et causas pauperum velit judicare in veritate, firmabitur solum illius in æternum. Sapientia divina longè aliis quam humana semper incedit vestigiis; nam opibus et potentia, divitum gratiâ atque amicitia, ad regnum perveniunt, armis et munitionibus stabiliri solet et retineri diadema. Contra hæc, cælestis planè Salomonis sapientia, pauperum defensionem quam diutissimè solum firmari posse docet, quòd qui pauperibus patrocinatur, Dei optimi maximi vice in terris quodammodò fungitur. Nam pauperum peculiariter defensionem sibi vindicant Dominus, juxta illud: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adjutor*, Psal. 9.

VERS. 15. — VIRGA ET CORRECTIO TRIBUT SAPIENTIAM; PIER AUTEM QUI DIMITTITUR VOLUNTATI SUÆ, CONFUNDIT MATREM SUAM. In sensu quadrato cum eo quod scriptum est superius: *Stultitia colligata est in corde pueri, et virga discipline fugabit eam*, Prov. 22. Aben Ezra et alii Hebraei sensum reddunt paulo diversum ab eo quem ferunt omnium interpretum, quos ego vidi, præ se verti, nempe ut *virga et correctio instrumentali-ter capiuntur, et subadiantur sapiens, vel pater, vel quicumque dator sapientie*, dabit eam per virgam et correptionem. Nam virgâ fugare stultitiam oportet priusquam sapientia possit intrare. Et præterea est infirmitas et ignorantia humana nature (cuncta enim cogitatio cordis humani iulenta est ad malum omni tempore, Gen. 6), ut ex se sapere non possit, sed virgâ et castigatione est opus; alioqui valde raro ad frugem litterarum, ad cognitionem rerum, ad honorem Dei, et per timorem ad veram sapientiam perveniunt. Infantes in pueritia castigandi sunt, dum atas est idonea: nam puer suæ libertati diuissus pudore officii matrem, hoc est, à patre non castigatus, neque ad frugem bonam erectus; mater illius rogitur erubescere, quod tam indulgens fuisset filio, ut quem neque ipsa voluit corripere, neque significare patri, quamvis maxima pars recte educationis liberorum ad matrem spectet; nam pro eâ disciplina quam sub matre adhuc pueri capiunt, adolescentem in virtutum et litterarum studio. Proverbiolum monet peculiariter matrem ne sint nimium indulgentes erga liberos, ut solent pro maliciori ingenio.

VERS. 16. — IN MULTITUDINE IMPIORUM MULTPLICABENTER SCLENERA, ET IUSTI REINAS EORUM VIDERUNT. Proverbiolum præbet consolationem iustis, qui cum viderint tot improbos tantâ licentiâ perpetrare mala, nisi per participationem et consolationem Scripturarum spem habere, Rom. 12; nihil esset illis miserius, dicente Paulo: *Si in hoc vitâ tantam in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*, 1 Cor. 13. Salomon hoc in loco eodem modo iustis consolationem præbet, adversus improbitatem malorum, quod David: *Adhuc positum, et non erit peccator*; Psal. 58: *In multitudine, vel multiplicatione iniquorum, lumen habet sensum: Iniquorum ad mala perpetranda sese provocant improbi, et quod plures sunt, tanto sunt audaciores; quo plures sunt impij, tanto pauciores in mundo sunt iusti; minus erubescunt impij maleficere, minus coerceri possunt. Scelus et transgressio, que vulgo fit impune, approbati videtur, ut iam non sit mirum si in multitudine malorum multa fiant mala et tanta ut iustitia non videatur esse locus; iusti videntur non posse subsistere in mundo; quos tamen Salomon homo animo esse iubet: nam futurum ut brevi corruant impij, truniam eorum spectantibus iustis. Nam ut hominum effugiant manus, certè Dei iudicium non effugient, et tanto minus, quanto plura commiserint mala idque spectantibus iustis. Sunt ex Hebraeis qui verbum *ויראו* vident bant, interpretantur, gaudebant, iuxta illud: *Non videtis diem fratris tui, hoc est, non latet in morte fratris tui.**

VERS. 17. — ERUDI FILIUM TUUM, ET REFRIGERAT TE, ET DABIT DELICIAS ANIMÆ TUÆ. Scæpe diximus verbum Hebr. *וידע* significare erudire, corrèpere, sive castigare. Et Salomon jam toties de correptione et castigatione pueritæ locutus est, sine quâ ad frugem non potest pervenire, sine quâ tam scipos quam parentes ingominâ non poterunt non afficere liberi. Quæ res si patres non excitat ad erudiendos liberos, intueantur saltem quantum sint habituri amonitionem, quantum recreationem et huius vitæ delicias ex liberis benè institutis. *Refrigerat te*. Hebr. *קוטסערע תע פאיער*, vel *requiem dabit tibi*. Si benè castigaveris filium in pueritiâ, nihil postea cum eo habebis negotij, semper obtemperantem invenies; vel *requiescere te faciet in senectute tua*, labores ipse subibit, et domestica tractabit negotia, eâ prudentiâ et dextertate, ut ipse quiescere possit. *Dabit quoque delicias animæ tuæ*; hoc est: *Sammam capies in animo voluptatem et lætitiâ ex filio tuo jam sapiente, et tanto maiorem, quanto maiore curâ filium erudiri curasti, ut non semel legimus: Filius sapiens lætificat patrem*, Prov. 10. Facile enim non potest esse maior lætitiâ vel recreatio patris, quàm laudes audire filij. Proverbiolum monet filios rectè institueri et erudiri, que res magnam quietem senectutis patris affert, et solvitatem animæ.

VERS. 18. — CUM PROPHETIA DECEPERIT, INSAPIENTER POPULUS: QUI VERÔ CUSTODIT LEGEM, BEATUS EST. Verbum Hebr. *וידע* verti potest omnibus his modis: *Cessabit populus, otiosus erit, deficiet, vel rebellabit populus*, vel denique *retrocedet populus*. Significat Hebræis hoc verbum *וידע* etiam iurâ. Sed ex his que possumus significare, nullum est quod huic loco non conveniat. *Cum non sit propheta in*. Hebr. *est visio*; sic enim antiquitatis propheta vœari solet, et propheta videns: ubi non fuerint præ hęc sive ecclesiastæ, et concionatores, qui doceant et exponant legem Dei, qui deterreat à malefaciendi, qui coniuventur, et Dei timorem rebellibus incutiant, si non sint, inquam, viri potentes exhortari, ut inquit Paulus, *in doctrinâ sanâ, et eos qui contradicant arguere*, Tit. 1, qui sacras interpretantur Scripturas, que diuinitus inspiratæ viles sunt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitiâ, 2 Tim. 4, ubi non sunt huiusmodi pii concionatores, inquam, populus primò cessare à bonis operibus, et otiosus esse incipit; deinde penitus defecere ab illis que sunt religionis, tandem rebellare pastoribus, non obedire, atque ipsa demùm demandari (nam id significat hoc verbum quoque) ab omni virtute, ut in hunc unum locum omnia etiam varia unius verbi *וידע* significata optinè quadrent. Ita (si fallor) di-poneute Spiritu sancto, ut verborum componendo et sterilitate in hæc Scripturarum linguâ, mira esset sensuum copia et fertilitas. *Et qui custodit legem, beatus est*, ut puta bonis omnibus huius vitæ fruens. *Benedictus in civitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, et fructus terræ tuæ, etc.*, Deut. 28. Nos spiritualia spiritualibus comparantes, 1 Cor. 2, dicimus: *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud*. Luc. 11. Proverbiolum significat non satis esse quod

legem accepit populus Dei, nisi sint qui subinde populum sui officio commonefaciant; felicitatem esse in observatione divinæ legis, sed eam frequenter populus non observat, quia legem Dei per negligentiam non observat.

VERS. 19. — SERVUS VERBIS NON POTEST ERUDIRI, QUIA QUOD DICIS INTELLIGIT, ET RESPONDERE CONTENTINR. Perquam necessarij sunt in populo propheta et fideles concionatores, qui ad observationem legis inducant, ut dictum est. Sunt tamen aliqui usque adeo servili ingenio, ut more Phrygum non nisi flagris castigentur: *Verbis non castigabitur servus*; verbis duntaxat; sed *virga in dorso imprudentium*, et quod modo legitur: *Virga et correctio tribuit sapientiam*. Præter verba igitur opus est etiam correptione. Observamus hoc in loco Hebraisum qui frequens est, nempe suppletio huius vocis, tantum. Per verba non castigabitur servus, hoc est, per verba tantum. Similem loquendi modum et in novo Testamento legitur: *Mulier, veni hora, et nunc est, quando neque in monte hoc, nec Hierosolymis adorabunt*, Joan. 4. Vel suppletum est tantum; vel: *Et modo quo nunc adorant Hierosolymis et in monte hoc. Quod dicis intelligit, et respondere contentum*. Tametsi intelligat verba tua, quibus eum erudire conaris, tamen contemnet; q. d.: *Non potest erudiri verbis; hoc non est, quod non possit intelligere, quod capax non sit sapientiæ; non enim intellectus deest his qui suis cupiditatibus inserviunt, et legem non servant, sed voluntas. Satis benè concionatores intelligunt, sed non est responsio (sic enim Hebræi legunt), non est obedientia. Aliter iuxta Hebræum: *Quando intelligit, non est responsio*. Servus non potest erudiri verbis duntaxat, verum qui vir prudens et ingeniosus est, nec verbis quidem opus habet, non indiget responsione, hoc est, reprehensione: satis est ut intelligat quid facti opus sit. Prior expositio est melior.*

VERS. 20. — VIDISTI HOMINEM VELOCEM AD LOQUENDUM? STULTITIA MAGIS SPERANDA EST QUAM ILLIUS CORRECTIO. Hebr.: *Vidisti virum velocem in verbis suis? spes stulto præ illo*. Quadrat in sensu cum eo quod scribitur: *Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habet insipiens*. Nam qui præceptis est ad loquendum, videtur in suâ sapientiâ confidere: Alioqui: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, et tardus ad iram*, Jac. 1. Nisi persuasum haberet esse cæteris prudentiorem, amaret audire magis quam loqui: sententiâ suam proferre festinat, quasi cæterorum præferendam. Hic cum sit sapiens in oculis suis, que spes est ut aliquando sapientiam discat ab alijs? Imò qui stultus est, et nec ignorat nec erubescit suam stultitiam, facilius scientiam discet, et major spes est ut ad sapientiam aliquando perveniat. Ad loquendum festinat, qui docet antequam discat. Nos superius huiusmodi fiducia in sapientiâ propria, sive in oculis proprijs, ut prius lectum est, sive in verbis, ut hoc loco, ostensam et factam tribuimus hæreticis et Iudeis, qui cum neque charitatem habent de corde puro et conscientiâ bonâ, neque fidem non

sciam, conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque que loquuntur, neque de quibus affirmant, 1 Tim. 4. Proverbiolum denique significat longè abesse à sapientiâ eos qui stultes et vaniloqui sunt.

VERS. 21. — QUI DELICATÈ À PUERTIA NUTRIT SERVUM SUUM, POSTEA SENTIET EUM CONTUMACIUM. Hebr.: *Postremò erit filius, vel tandem erit, supple velut filius*. Quod ad sensum spectat historicum, quotidiana docet experientia servos et tenuioris fortæque homines prosperam non posse ferre fortunam; sed statim inolescere, alios præ se contemnere. Licet ad domesticam curam spectat (cujus sana et prudens administratio non minima pars sapientiæ est in patrefamilias), sic servos educare et instituire, ut quam maxime utiles esse queant. Erunt autem, si pro conditione servorum, non liberorum, fuerint in victu et vestitu tractati. Alioqui si in pueritiâ loco liberorum habiti sunt, in splendore vestitus, in mensæ delicis, cum adoleverint, loco filiorum quoque esse volunt. Hoc est quod indicat vox Hebr. *וירא*, que non significat contumacem, ut nos habemus, sed *frustrationem*. Sic enim habet Hebræus contextus: *Delicatè tractans à pueritiâ servum suum, postremò illius erit filius, vel tanquam filius; q. d.*: Postea pro filio haberi vult, non pro servo. In hoc versiculo etiam Hebræi morale sensum querunt: quasi Salomon non tam de servo loqueretur, quam de sensitivâ parte et bruto appetitu in homine; qui si à principio nimis delictis et magnâ libertate carnali laxetur, postea vis poterit à ratione refranari, conditionem suam amplius non agnoscat, sed cum dominâ ratione de imperio contendat. Allegoricè in populum quadrat Judaicum, qui cum servilis fuisset conditionis, de servitute Ægyptiaca à Domino liberatus, et loco filij primogeniti magno honore habitus, hæc dicit Dominus: *Filius meus primogenitus Israel; dixi tibi: Dimitte filium meum, ut serviat mihi*, Exod. 4; sed quando majore honore habitus, quanto majoribus beneficiis affectus à Domino esse populus Israel, tanto minus tandem inventus est obediens, ut scriptum est: *Introducunt eos in terram lacte et melle manentem, et omne comedunt et saturati crassitie fuerunt, avertuntur ad deos alienos, et servient eis, destrahente mihi, et iratum facient pactum meum*, Deut. 31: atque in hunc sensum canonicum composuit Moyses: *Agitate, cæci*.

VERS. 22. — VIR TRACENDUS PROBAT IRAM: ET QUI AD INDIGNANDUM FACILIS EST, BEAT AD PERCUTI PROCLIVIOR. Sunt apud Hebræos duo nomina quasi synonyma, *איר*, et *אירא* furor: *quantum, quantum* Aben Ezra, hic vehementior sit quam ira, namque *אירא* quam *איר*, ut etiam apud nos furor quam ira: utrumque procul abesse à sapientiâ ostendit Salomon. Hebraismus est: *Vir ira, qui obscurus est, et turbulentijs ab ira*. Priorem partem huius versiculi habes superius cap. 15: *Vir iracundus provocat iram*; quantum *אירא* non vir ira, hoc est, *איר* scribatur, sed furor, hæc est, et *אירא*: unde intelligitur has duas voces, quoniam Ezra distinguit, aliquando confundi. Ex ira magnâ et cro-

brâ multa sequuntur mala, nempe rixæ et discordiæ, sed ex furore plura : que cum neminem lateant, commemorare non est necessum. Proverbum docet sapientem sedatis esse affectibus, quos qui non novit moderari, litibus et multis prævaricationibus implicatus, non potest Sapientiæ vacare, cuius acquisitio huius libelli scopus est.

VERS. 23. — SUPERBUM SEQUITUR HUMILITAS, ET HUMILEM SPIRITU SUSCIPIT GLORIA. Hebr. : *Superbia hominis humiliabit eum, et humilitas spiritus tenebit gloriam; vel humilem spiritu sustinebit gloria.* In sensu non est diversum ab Evangelico elogio : *Qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*, plerumque in hac vitâ, semper ante tribunal Dei. Superbi fuerunt valde Pharaon, Nabuchodonosor et alii hostes populi Dei, et reliqui tyranni, Christi et Christianorum persecutores, qui adversus Deum superbientes, quasi illius consilium frustrari aut impedire potuerint; sed in infinitis suppliciorum custodiis penas luunt, et cum summâ ignorantâ malè audientes, hominum opinione sunt viles et contempti. Contra, qui Christo ausculta-verunt dicenti : *Discite à me, quia mitis sum et humilis corde*, Math. 11, vel ante Christum patriarchæ Abraham summâ humilitate dicenti : *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis*, Gen. 18, vel denique qui Adamum à paradiso eiecerunt, et Luciferum è cælo respicientes, eorum exemplo et spiritus Dei benig-nitate, humilitatem didicerunt, cælestem gloriam assequuntur in cælis, et apud homines in terris nominis famâ et honore nunquam carere poterunt, etiam si hæretici illis gloriam detrahant, quò majorem ipsi apud homines habeant, sed *superbia eorum humiliabit eos*.

VERS. 24. — QUI CUM FURE PARTICIPAT, ODIT ANIMAM SUAM : ADJURANTEM AUDIT, ET NON INDICAT (1). Hebr. : *Qui parititur cum fure, odit animam suam : maledictionem audit, et non indicabit.* Quod de furto dicitur, de quocumque facinore intelligi potest, juxta illud : *Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, Rom. 4, præsertim si partem capiat cum fure, amans lucrum iniquum odit animam suam, ut quam maledictioni et execrationi exponit : nam cum audit omnem populum malè precari illis qui rem alienam abstulerunt, quod omnes solent facere, ut in-

(1) Deest copula, et qui adjurantem audit : par furi est qui à magistratu adjuratus furem sibi notum non indicat. Vide legem Levit. 5, 4. Talis illa adjuratio in Œdipode rege Sophoclis :

*Indico cunctis genere Cadmeo satis :
Quicumque vestrum Læo de Labdaci
Novit, perierit cuius is casus manu,
Hunc jubeo cuncta dicere extemplo mihi.*

Postea :

*Quòd si tacetis, nempe quòd metuens sibi
Quisquam aut amico veritatem absconderit,
Quid deinde sim facturus audiri volo.
Hunc ne quis hominem, terra quàm latè patet
Cujus potestas in meâ posita est manu,
Ad alloquatur, aut suo excipiat lare,
Nec in laorum honore, nec de victimis
Participet illum, nec lavet pariter manus.*
(Grotius.)

nocentiam suam declarent, ipse audit et non indicabit, non restituet : non audeat indicare rem ablatam furto apud se esse, ne furti reus arguatur, atque ita *erosam suam habet animam*, quam et furto et maledictione gravat. Nicolaus de Lyra ex his verbis : *adjurantem audit, et non indicabit*, diversum crimen excogitat ab eo quòd sit particeps furti, nempe non manifestans furum. Et ex novem modis quibus cum fure sit participatio, hunc ultimum addit : *quando post furum factum inquiritur de ipso ut inveniat, et alius scit et non indicat.* Hæc ille. Equidem dubito an liceat indicare si modò fuerit secretum, et si fuerit alioqui viæ integræ famæ qui furum commisit; neque puto quemquam spoliandum suâ famâ et nominis integritate pro re temporali : ut huic suam pecuniam restituendam eum, illius nomen denigrabo? præsertim antequam seorsim egerim cum proximo, juxta illud Evangelii : *Si peccaverit in te, hoc est, te sciente, frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum*, etc., Math. 18. Lego Thomam secundâ secunde, quæst. 55, art. 7, qui hæc questionem exactius tractat, quâ ratione videlicet indicandum sit crimen alterius, et quâ ratione non debeamus ledere famam alienam. Hebræus contextus qui sic habet : *Maledictionem sive juramentum audit, et non indicabit*, non videtur illum habere sensum, quasi maledictus esset qui non indicaret furum alicujum; sed hunc potius : *qui partem capit cum fure, odit animam suam*, quia cum audierit maledictionem in eos qui habent id quod furto ablatum est, non indicabit, sed feret maledictionem, vel audiet juramentum; hoc est, juramentum admittet et pejerabit potius quàm indicare furem, ne et seipsum videretur accusare. Non est ledenda fama proximi, modò prius fuerit integra, pro re temporali, præsertim in causâ privatâ. Lego Thomam ubi supra.

VERS. 25. — QUI TIMEY HOMINEM, CITO CORRUET : QUI SPERAT IN DOMINO, SUBLEVABITUR. Hebr. : *Timor hominis dabit laqueum; sed qui sperat in Domino elevabitur.* Quod ambiguum est in Hebr. Interpres ad unum sensum contraxit. Nam *timor hominis* intelligitur, vel quando quis nimium timidus est, juxta illud : *Qui observat ventum, non seminat, et qui considerat nubes, nunquam metet*, Eccles. 11 : *opera præclara non audent aggredi qui fortitudine animæ carent; timor huiusmodi dabit laqueum, et impedit quominus vel opes contemnat, et liberaliter in pauperes dispergat, timens ne sibi desint aliquando necessaria : timet jejurnare non valetudinem ledat, aut vitam minus diuturnam efficiat; corporalem timens mortem, Christi nomen non audeat confiteri coram hominibus. Hic timor laqueus est quo gressus in viâ salutis impediuntur. In Domino collocanda est fiducia, qui suos nunquam deserit, sed exaltat et elevat super omnia damna et pericula quæcumque evenire possunt, contra famem, pestem et gladium. Faciendum quod Dominus præcepit, illius voluntatem conerim implere, et de reliquo nihil timere. In Domino oportet esse securus quod ad bona temporalia, quod ad sanitatem, quod ad vitam spectat, Vel timor intelligitur hominis, in eo qui hominem*

timet, juxta illud : *Nolite timere eos qui occidunt corpus; post hæc autem non habent quid faciant*, Luc. 12. Sensus eodem ferè redit, nisi quòd hic sit angustior, respiciens dumtaxat injuriam que ab homine nobis adferri solet; et hic timor rectè *laqueus* vocari potest, ut qui hominum mentes et voluntates involvat, quominus audeant facere que facienda noverint. *Timor hominis*, sive quem quisque in se habet, sive quem potentior homo inbecillioribus immitit, uterque magno sapientiæ et virtutum est impedimento; sed contra hujusmodi humanum timorem, fiducia in Domino erinus tui et armati : nam *עליוו elevabitur* significat, sive *tuebitur*, loco munito collocatus videlicet; metaphora tractâ à munitionibus, quibus recepti milites se defendunt.

VERS. 26. — MULTI REQUIRUNT FACIEM PRINCIPIS, ET JUDICIUM A DOMINO REGERITUR SINGULORUM. Ex priore versiculo sensus hujus, qui est hujusmodi : *Quemadmodum timor hominis plus potest quàm timor Dei nonnuquam; ita et favorem principis nonnulli plus quaerunt quàm Dei amorem; sed qui fiduciam habet in Domino faciliè contemnet timorem hominum, ita qui cogitat Deum omnium esse judicem; et quidquid promittaverit princeps, non humanum timendum judicium, sed Dei, hic quaerit Dei non hominis placare faciem. Nam ut superius legitur : *Cor regis in**

CAPIT XXX.

1. Verba congregantis filii vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus, ait :
2. Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.
3. Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum.
4. Quis ascendit in cælum atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligavit aquas quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terre? quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si noster?
5. Omnis sermo Dei ignitus; clypeus est sperantium in se.
6. Ne addas quidquam verbis illius, et arguaris, inveniarisque mendax.
7. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar.
8. Vanitatem et verba mendacia longè fac à me : mendacitatem et divitias ne dederis mihi; tribue tantum victi meo necessaria :
9. Ne fortè satius illiciat ad negandum, et dicam : *Quis est Dominus?* aut egestate compulsus furer, et perjurem nomen Dei mei.
10. Ne accuses servum ad dominum suum, ne fortè maledicat tibi, et corruas.
11. Generatio que patris sui maledicit, et que matris sue non benedicit.
12. Generatio que sibi munda videtur, et tamen non est lota à sordibus suis.
13. Generatio cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae ejus in alta surrectus.

manu Dei est, et quocumque voluerit inclinet illud. Aliter, juxta Hebraismum, *quaerere faciem* est amorem ambire et favorem. Quod maximè solent facere qui judicio principis subjiciuntur; sed cum judicium à Domino procedat, debentus potius Domini faciem quaerere : nam apud nullum principem causam habemus usque adeò gravem atque apud Dominum, qui iudex est omnium, qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam, Lucæ 12. Illius igitur timendam est judicium.

VERS. 27. — ADOMINANTER JUSTI VIRUM IMPIUM, ET ADOMINANTUR IMPII EOS QUI IN RECTA SUNT VIA. Hebr. : *Execratio justorum est vir iniquitatis, et execratio impii est rectus in via.* Multa de virtutibus et multa de vitis haceniis tractavit Sapiens, quorum coramidem addens, asserit hæc nihil inter se penitus habere commune. Vir iniquus est abominatio justorum, non quòd naturam humanam possint odio habere justis, sed iniquitatem, sed impietatem execerantur, quæ justitie ex diametro repugnat, communem corrumpit naturam. In Hebr. *עוון* non tam *impium* quàm *iniquum* significat, ut sit quadam jocunda illiisio : inter æquum et iniquum nihil est commune, sicut neque inter improbum et rectum, juxta illud : *Quæ enim participatio justitie cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?* 2 Cor. 6.

CHAPITRE XXX.

1. Paroles de celui qui assemble, du fils de celui qui répand les vérités.
2. Vision prophétique d'un homme qui à Dieu avec lui, et qui étant fortifié par la présence du Dieu qui réside en lui, a dit :
3. Je suis le plus insensé de tous les hommes, et la sagesse des hommes ne se trouve point en moi.
4. Je n'ai point appris la sagesse, et je n'ai point connu la science des saints.
5. Qui est monté au ciel, et qui en est descendu? Qui a retenu l'esprit dans ses mains? Qui a lié les eaux comme dans un vêtement! Qui a affermi toute l'étendue de la terre? Quel est son nom, et quel est le nom de son fils, si vous le savez?
6. Toute parole de Dieu est purifiée comme par le feu. Il est un bouclier pour ceux qui espèrent en lui.
7. N'ajoutez rien à ses paroles, de peur que vous n'en soyez repris, et trouvé menteur.
8. Seigneur, je vous ai demandé deux choses; ne me les refusez pas avant que je meure.
9. Eloignez de moi la vanité et les paroles de mensonge; ne me donnez ni la pauvreté, ni les richesses, donnez-moi seulement ce qui me sera nécessaire pour vivre.
10. De peur qu'étant rassasié, je ne sois tenté de vous renoncer, et de dire : Qui est le Seigneur? ou qu'étant contraint par la pauvreté, je ne dérobie; et que je ne viole par un parjure le nom de mon Dieu.
11. N'accusez pas un serviteur devant son maître, de peur qu'il ne vous maudisse, et que vous ne tombiez.
12. Il y a une race qui maudit son père, et qui ne bénit point sa mère.
13. Il y a une race qui se croit pure, et qui néanmoins n'a point été lavée de ses taches.
14. Il y a une race dont les yeux sont élevés, et les paupières élevées.